




00
10

OBITVM
 VIRI QVONDAM SVMMÆ VENERABILIS
 DOCTISSIMIQVE
 D O M I N I
 SAM. CHRISTIANI
 TEVBERI,

S. S. THEOL. DOCTORIS
 LONGE CELEBERRIMI,
 POTENTISS. BORVSS. REGI A CONSILIIS SACRIS, EC.
 CLESIARVM SCHOLARVMQ. PRINCIP. HALBERST.
 ANNEXORVMQ. COMITAT. SVPERINTENDEN-
 TIS GENERALIS DIGNISS. PAST. PRIMARI
 AD AED. SS. BONIE ET MAVR.
 VIGILANTISSIMI,
 A. O. R. CIO ID CCXXXIX. D. XV. JAN. BEATISSIME
 DEFVNCTI,

DOLET, LVGET, DEPI ORAT
 MOESTISSIMVS GENER
 M. JOAN. GOTTLIEB DERLING.

Halberstadii, typis Langianis.



Lboraestadii sospitis incolae,
 Myrto pileolos cingite lugubres,
 Moeftas anthracina ueste domos, Patre
 Orbas, cingite, fletibus

Profufis, faciem nemo lauet, leuet
 Nemo brachia, nec quis moueat fides,
 Tangens et digitis nemo chelyn fuis
 Prae fe laetitiam ferat,

Nemo uoce canat, fed nitidum tegat
 Vultum, quisque fuam caefariam fine
 Iufto proliciat difpofitam ordine,

Et guttis madeant genae.

Fatum non metuit flebile PRAESVLEM
 Eheu! caedere noftrum uenerabilem,
 Soluit morte oculos de fubito fuos

Curae gens pia cui fuit,

Sanctae Relligionis, Pietatis et
 Blandae Pacis amans, Confiliis potens
 Sanis, Praefidium, Stellaque lucida,

Et noftri generis nitor.

Orator

Orator celebris, perugium Scholae,
Virtutis specimen, blandiloquus Parens,
Dilectus Socius Coniugii sui,

Certus scipio pauperum.

Multis ille bonis flebilis occidit!

Nulli flebilior, quam mihi; nam piis

Me recte studiis finxit, et optimis

Impleuit monitis caput.

Heu me ergo miserum! cui subito rapit

Dilectum SOCERVM dura acies necis,

Moestis exsequiis claraque lumina

Nunc occludit atrox sua.

Effundo lacrymas, anxietas mala

Conturbat miserum pectus, onus graue

Fert mens tristitiae, decidit et liquor,

Stillans ex oculis meis.

O duram Lachefin, fataque noxia!

Quae fulcrum inualido nobile sustulit.

Durum! Sed leuius fit patientia,

Quidquid corrigere est nefas.

Nam stat cuique dies irreparabilis,

Tempusque omnibus est, cuncta trahens, suum,

Mortis nemo suae philtrea cauere, nec

Quis differre diem potest,

Jam TE, care SOCER, cepit Olympus, et

Sacris TE fatiat nunc epulis DEVS.

Gaudes; nam fruitur mens TVA maximis

Celsae diuitiis domus.

Nullus, DIVE, nocebit TIBI, pertinax

Liuor, tutus eris NVMINE MAXIMO

ArmatuS, pia deque egregiis TVIS

Factis Posteritas canet.

† † †

78 M. 404



TA 70L

22
1721

OBITVM
VIRI QVONDAM SVMME VENERABILIS
DOCTISSIMIQVE

DOMINI

CHRISTIANI

VBERI,

OL. DOCTORIS

CELEBERRIMI,

REGI A CONSILIIIS SACRIS, EC.

ARVMQ. PRINCIP. HALBERST.

COMITAT. SVPERINTENDEN.

DIGNISS. PAST. PRIMARI

SS. BONIE. ET MAVR.

GILANTISSIMI,

CXXXIX. D. XV. JAN. BEATISSIME

DEFVNCTI,

LVGET, DEPI ORAT

TISSIMVS GENER

GOTTLIEB DERLING.



idii, typis Langianis.

